oſtendam: Therippides duo talenta: Demophon, ſeptem & octoginta minas. Hæc ſunt quinque talenta, & minæ quindecim. Hoc igitur quod non ſimul vniuerſum acceptum eſt, minæ ferè ſunt ſeptuaginta ſeptem, reditus de mancipiis. Quod verò iſti ſtatim acceperunt, parum abeſt à quatuor talentis, quibus ſi vſura decennij, ſingulis ſaltem drachmis cõputata, addita fuerit, inuenietis octo fieri talenta cum ſorte, & mille drachmas. Alimonia porrò à ſeptuaginta ſeptem minis eſt computanda, quæ ex officinis redeũt. Nam Therippides ſeptenas minas quotannis * in eas dabat, & nos accepiſſe * hoc fatemur. Proinde cùm iſti nobis ſeptuaginta minas in officinam ad illos alendos inſumpſerint, id quod ſupereſt ſeptingentas drachmas eis appono, & iſti plus poſui. Id verò quod mihi, ſumpta virili toga tradiderunt, & quantum reipublicæ, tributi nomine pependerũt, id eſt ab octo talentis, & ab eo quod eſt appoſitum, auferendum. Reddiderunt igitur iſte, & Therippides minas vnam & triginta, tributi nomine minas ſe expendiſſe duodeuiginti ratiocinantur. Ego verò etiã hic aucto numero faciam triginta minas, vt in hoc nihil habeãt quod contradicant. Itaq. ſi ab octo talentis talentum auferatur, ſeptem ſunt reliqua, eáq. ex his quæ accepiſse ipſi ſe confitentur, queq. iſtos habere neceſſe eſt. Hoc igitur, etiamſi reliquis omnibus fraudarent, ſe habere negantes, reddere cõueniebat: ſiquidem haud inficias eunt, illa de meo ſe accepiſſe. Nũc verò quid faciũt? Vſuram pecuniæ nullam proferunt, ſortémq. omnem vnà cum ſeptuaginta ſeptem minis expenſã mihi ferunt. Quin Demophon nos inſuper debere inſcripſit. Nónne iſta eſt magna & inſignis impudẽtia? an quicquam ad immenſas ſordes & rapacitatem iſtam addi queat? Quid tandem graue ac indignum videbitur, ſi iſta tam immenſa & immania, grauia & indigna non videbuntur? Iſte igitur pro ſeſe minas centum & octo ſe accepiſſe confitetur, quas & ipſas habet, & decennij vſuram, quæ tria maximè talenta & mille drachmas conficiunt. Hæc me verè dicere, & in tutelæ rationibus vnumquemque tantum emolumenti ſe accepiſſe confitentem, vniuerſum expenſũ mihi ferre vti conſtet: accipe teſtimonia, & recita.

TESTIMONIA.

Tabulę teſtaméti etſi abolitæ ſint, tamé è legatis, relicti patrimonii amplitudinem poſſe intelligi.

Arbitror igitur, Iudices, quod ad hæc attinet, vos ſatis intellexiſſe, tum quàm multa furentur, tum quibus malis artibus eorum vnuſquiſque vtatur, atq. hæc cognouiſſetis accuratius, ſi mihi teſtamentum à patre relictum iſti reddere voluiſſent. Nam in illo perſcripta fuerunt, vt mea mater affirmat, omnia, quæ pater reliquit, & vnde legata iſtis accipienda, & quanti domus eſſet elocanda. Nunc me tabulas repoſcente, relictas eſſe fatentur illi quidem, ſed eas non proferũt. Faciunt autem hoc, tum quia quantæ opes ſint relictæ, quas ipſi diripuerunt, palàm facere nolunt: tum ne habere legata videantur * quod alioquin ipſa re facilè conuincerentur. Cape teſtimonia quomodo reſponderint, ac recita. TESTIMONIA.

Hic teſtamentum eſſe factum ait, & duo talenta Demophõti, & octoginta minas iſti eſse datas teſtatur: ſed ſeptuaginta minas, quas Therippides acceperit, vt & ſũmã relictæ hæreditatis, & quo pacto domus elocãda ſit, adſcriptũ eſſe negat. Nec enim ei expedit, hæc etiam confiteri. Cape & iſtius teſtimonium.

TESTIMONIA.

Hic ipſũ quidẽ teſtamẽtũ eſse factũ aſserit, vt argé-

A ἐπιδείξω νυνί. Θηριππίδης δὲ δύο τάλαντα· Δημοφῶν δὲ ἑπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα μνᾶς. τοῦτο δέ ἐστι πέντε τάλαντα καὶ πεντεκαίδεκα μναῖ. τούτου τοίνυν ὁ μὲν οὐκ ἀθρόον ἐλήφθη, σχεδόν εἰσιν ἑβδομήκοντα μναῖ καὶ ἑπτά, ἡ πρόσοδος ἡ ἀπὸ τῶν ἀνδραπόδων· ὃ δ' εὐθὺς ἔλαβον οὗτοι, μικροῦ δέον τέτταρα τάλαντα, οἷς τὸ ἔργον ἂν προσθῆται ἐπὶ δραχμῇ μόνον τῶν δέκα ἐτῶν, ὀκτὼ τάλαντα εὑρήσετε σὺν τοῖς ἀρχαίοις καὶ χιλίας γιγνομένας. τὴν μὲν τοίνυν τροφὴν ἀπὸ τῶν ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτὰ μνῶν λογιστέον, τῶν ἀπὸ τοῦ ἐργαστηρίου γιγνομένων. Θηριππίδης γὰρ ἑπτὰ μνᾶς ἐδίδου καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν εἰς ταῦτα, καὶ ἡμεῖς τοῦτον λαβεῖν ὁμολογοῦμεν. ὥστε ἑβδομήκοντα μνῶν ἐν τοῖς δέκα ἔτεσι τροφὴν τούτων ἡμῖν ἀνηλωκότων, τὸ περιὸν τὰς ἑπτακοσίας προστίθημι αὐτοῖς, καὶ τούτῳ πλείω εἰμὶ τεθεικώς. ὃ δέ μοι δοκιμασθέντι παρέδοσαν, καὶ ὅσον εἰς τὴν πόλιν εἰσενηνόχασι, τοῦτο ἀπὸ τῶν ὀκτὼ ταλάντων καὶ τοῦ προστεθέντος ἀφαιρετέον ἐστίν. B ἀπέδοσαν οὖν τοίνυν οὗτος καὶ Θηριππίδης, μίαν καὶ τριάκοντα μνᾶς. εἰσφορὰς δὲ εἰσενηνοχέναι λογίζονται, δυοῖν δεούσας εἴκοσι μνᾶς· ἐγὼ δ' ὑπερβαλὼν καὶ τοῦτο ποιήσω τριάκοντα μνᾶς, ἵνα πρὸς ταῦτα μηδ' ἀντειπεῖν ἔχωσιν, οὐκοῦν ἂν ἀφαιρῆται τὸ τάλαντον ἀπὸ τῶν ὀκτὼ ταλάντων, ἑπτὰ τὰ λειπόμενά ἐστι. καὶ ταῦτα ἐξ ὧν αὐτοὶ ὁμολογοῦσι λαβεῖν. ἃ τούτους ἔχειν ἐστὶν ἀναγκαῖον. τοῦτο τοίνυν εἰ καὶ τἆλλα πάντα ἀποστεροῦσιν, ἀρνούμενοι μὴ ἔχειν, ἀποδοῦναι προσῆκεν ὁμολογοῦντάς γε λαβεῖν ταῦτα ἐκ τῶν ἐμῶν. νῦν δὲ τί ποιοῦσιν; ἔργον μὲν οὐδὲν ἀποφαίνουσι τοῖς χρήμασιν, αὐτὰ δὲ τὰ ἀρχαῖα πάντα ἀναλωκέναι φασὶ σὺν ταῖς ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα μναῖς. Δημοφῶν δὲ καὶ προσοφείλοντας ἡμᾶς ἐνέγραψε. ταῦτ' οὐ μεγάλη καὶ περιφανὴς ἀναισχυντία; ταῦτ' οὐχ ὑπερβολὴ δεινῆς αἰσχροκερδείας; τί οὖν πότ' ἐστι τὸ δεινόν, εἰ μὴ ταῦτα δόξει τηλικαύτας ὑπερβολὰς ἔχοντα; οὗτος C τοίνυν τὸ καθ' αὑτόν, ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μνᾶς λαβεῖν ὁμολογῶν, ἔχει καὶ αὐτὰς, καὶ τὸ ἔργον δέκα ἐτῶν, μάλιστα τρία τάλαντα καὶ χιλίας. καὶ ταῦθ' ὡς ἀληθῆ λέγω, καὶ ἐν τοῖς λόγοις τοῖς τῆς ἐπιτροπῆς, τὸ λῆμμα τοῦθ' ἕκαστος ὁμολογῶν λαβεῖν, ἅπαν ἀναλωκέναι λογίζεται. λάβε τὰς μαρτυρίας, καὶ ἀνάγνωθι.

Μαρτυρία.

Νομίζω τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, περὶ τούτων ἱκανῶς μεμαθηκέναι ὑμᾶς, καὶ ὅσα κεκλέφασι καὶ κακουργοῦσιν ἕκαστος αὐτῶν. ἔτι δ' ἀκριβέστερον ἔγνωτ' ἄν, εἴ μοι τὰς διαθήκας, ἃς ὁ πατὴρ κατέλιπεν, οὗτοι ἀποδοῦναι ἠθέλησαν. ἐν γὰρ ἐκείναις ἐγέγραπτο, ὥς φησιν ἡ μήτηρ, ἃ κατέλιπεν ὁ πατὴρ πάντα, καὶ ἐξ ὧν ἔδει τούτοις λαβεῖν τὰ δοθέντα, καὶ τὸν οἶκον ὅπως μισθώσοιντο. νῦν δ' ἀπαιτοῦντός μου, καταλειφθῆναι μὲν ὁμολογοῦσιν, αὐτὰς δ' οὐκ ἀποφαίνουσι. ταῦτα δὲ ποιοῦσι τό, τε πλῆθος οὐ βουλόμενοι καταφανὲς ποιῆσαι τῆς οὐσίας καταλειφθὲν ὃ διηρπάκασιν οὗτοι. τάς τε δωρεὰς ἵνα μὴ δοκῶσιν ἔχειν, ὥσπερ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐξελεγχθησόμενοι ῥαδίως. λάβε δ' αὐτοῖς τὰς μαρτυρίας ὡς ἀπεκρίναντο, καὶ ἀνάγνωθι.

Μαρτυρίαι.

Οὗτος διαθήκην μὲν γενέσθαι φησίν, καὶ τὰ δύο τάλαντα Δημοφῶντι καὶ τὰς ὀγδοήκοντα μνᾶς τούτῳ δοθῆναι μαρτυρεῖ. τὰς δὲ ἑβδομήκοντα μνᾶς ἃς Θηριππίδης ἔλαβεν, οὐ προσγεγράφθαι φησιν, οὐδὲ τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας τὸ καταλειφθέν, οὐδὲ τὸν οἶκον ὅπως μισθώσουσιν. οὐ γὰρ αὐτῷ συμφέρει προσομολογῆσαι ταῦτα. λάβε δὴ τὴν τούτου μαρτυρίαν.

Μαρτυρία.

Οὗτος αὐτὴν μὲν τὴν διαθήκην γενέσθαι φησί, τὸ ἀργύριον

ειον ἐκ τοῦ χαλκοῦ καὶ τῆς κηκῖδος ἀποδοθῆναι τῷ Θηριππίδῃ, ὃ ἐκεῖνος οὔ φησι· καὶ τὰ δύο τάλαντα τῷ Δημοφῶντι. περὶ δὲ τῶν αὐτῷ δοθέντων γεγράφθαι μέν φησιν, οὐχ * ὁμολογῆσαι δ' αὐτὸς ἵνα μὴ δοκῇ λαβεῖν. τὸ δὲ πλῆθος τῆς οὐσίας οὐδ' ἔστιν ἀποφαίνει καθόλου, οὐδὲ τὸ μισθοῦν τὸν οἶκον, οὐ γάρ, οὐδὲ τούτῳ συμφέρει προσομολογῆσαι ταῦτα. δῆλον τοίνυν ἐστὶν οὐδὲν ἧττον τὸ πλῆθος τῶν καταλειφθέντων, καίπερ ἀφανιζόντων τούτων τῆς οὐσίας, ἐκ τῆς διαθήκης ἐξ ὧν τοσαῦτα χρήματα ἀλλήλοις φασὶ δοθῆναι. ὅστις γὰρ ἐκ τεττάρων ταλάντων καὶ τρισχιλίων, τοῖς μὲν τρία τάλαντα καὶ δισχιλίας * προῖκα δέδωκε, τῷ δ' ἑβδομήκοντα μνᾶς καρποῦσθαι, φανερὸν δή που πᾶσιν, ὅτι οὐκ ἀπὸ μικρᾶς οὐσίας, ἀλλὰ πλέον ἢ διπλασίας, ἧς ἐμοὶ κατέλιπε, ταῦτα ἀφεῖλεν. οὐ γὰρ δή που τὸν μὲν υἱὸν ἐμὲ πένητα ἐβούλετο καταλιπεῖν, τούτους δὲ πλουσίους ὄντας ἔτι πλουσιωτέρους ποιῆσαι ἐπεθύμησεν· ἀλλ' ἕνεκα τοῦ πλήθους τῶν ἐμοὶ καταλειπομένων Θηριππίδῃ τε τοσοῦτον ἀργύριον, καὶ Δημοφῶντι τὰ δύο τάλαντα οὔ πω μέλλοντι τῇ ἀδελφῇ τῇ ἐμῇ συνοικήσειν B καρποῦσθαι ἔδωκεν. ἵνα δυοῖν θάτερον διαπράξαιτο, ἢ διὰ τὰ διδόμενα βελτίους αὐτοὺς εἶναι περὶ τὴν ἐπιτροπὴν προσβέψειεν· ἢ εἰ κακοὶ γίγνοιντο, μηδεμιᾶς συγγνώμης παρ' ὑμῶν τυγχάνοιεν, εἰ τοσούτων ἀξιωθέντες τοιαῦτ' εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτάνοιεν. ἔστι τοίνυν καὶ αὐτὸς πρὸς τῇ προικὶ καὶ τὰς θεραπαίνας λαβών, καὶ τὴν οἰκίαν οἰκῶν, ἐπειδὴ δεῖ λόγον αὐτὸν δοῦναι τούτων, τὰ αὑτοῦ πράττειν φησί. καὶ εἰς τοσοῦτον αἰσχροκερδείας ἦλθεν, ὥστε καὶ τοὺς διδασκάλους, καὶ τοὺς μισθοὺς ἀπεστέρηκε· καὶ τῶν εἰσφορῶν, ἔστιν ἃς οὐ κατέθηκεν, ἐμοὶ δὲ λογίζεται. λάβε δὴ καὶ ταύτας τὰς μαρτυρίας αὐτοῖς, καὶ ἀνάγνωθι.

Μαρτυρίαι.

Πῶς οὖν ἄν τις σαφέστερον ἐπιδείξειε πάντα διηρπακότα. καὶ μηδὲ τῶν μικρῶν ἀπεσχημένον, ἢ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιδεικνὺς μετὰ τοσούτων μαρτύρων καὶ τεκμηρίων; καὶ τὴν μὲν προῖκα λαβεῖν ὁμολογήσαντα, καὶ ἔχειν αὐτὸν πρὸς τοὺς ἐπιτρόπους ἀπογράψαντα. τὸ δ' ἐργαστήριον C κεκαρπωμένον αὐτόν, καὶ τὴν πρόσοδον οὐκ ἀποφαίνοντα· τῶν δ' ἄλλων τὰ μὲν πεπρακότα, καὶ τὰς τιμὰς οὐκ ἀποδεδωκότα, τὰ δ' ὡς ἑαυτὸν λαβόντα καὶ ταῦτ' ἠφανικότα, τὰ ἀνδράποδα πεπρακότα, καὶ τἆλλα οὕτω πάντα διῳκηκότα, ὡς οὐδ' ἂν οἱ ἔχθιστοι διοικήσαιεν· ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις σαφέστερον ἐπιδείξειεν. ἐτόλμα τοίνυν πρὸς τῷ διαιτητῇ λέγειν, ὡς ἀπὸ τῶν χρημάτων χρέα τε πολλὰ ἐκτέτικεν ὑπὲρ ἐμοῦ Δημοφῶντι καὶ Θηριππίδῃ τοῖς συνεπιτρόποις, καὶ ὡς πολλὰ τῶν ἐμῶν λάβοιεν, οὐδέτερα ἔχων ἐπιδεικνύναι τούτων. οὔτε γὰρ ὡς ὀφείλοντά με καταλιπεῖν ὁ πατὴρ ἐν τοῖς γράμμασιν ἀπέφηνεν. οὔθ' οἷς ἀποδεδωκέναι ταῦτ' ἔφη, παρέσχηται μάρτυρας, οὔτ' αὖ τὸν ἀριθμὸν τῶν χρημάτων εἰς τοὺς συνεπιτρόπους ἐπανέφερεν, ὅσον περ αὐτὸς φαίνεται λαβών, ἀλλὰ πολλοῖς ἐλάττω χρήμασιν. ἐρωτηθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ ταῦτά τε καθ' ἕκαστον, καὶ τὴν οὐσίαν τὴν αὑτοῦ πότερον ἐκ τῶν ἐπικαρπιῶν ἢ τἀρχαῖα ἀναλίσκων, διῴκηκε. καὶ πότερον ἔστιν ἐπιτροπευθεὶς ἀπεδέξατ' ἂν τοῦτον τὸν λόγον παρὰ τῶν ἐπιτρόπων, ἢ τἀρχαῖα ἀπολαβεῖν ἂν ἠξίου σὺν τοῖς ἔργοις τοῖς γεγενημένοις; πρὸς μὲν ταῦτ' ἀπεκρίνατο οὐδέν, προὐκαλεῖτο δ' ἐθέλειν ἐπιδεῖξαί μοι τὴν οὐσίαν δεκαταλάντων οὖσαν· εἰ δέ τι ἐλλείποι, αὐτὸς ἔφη προσθήσειν· κελεύοντος δέ μου πρὸς τὸν διαιτητὴν ἐπιδεικνύναι ταῦτα, οὐκ ἔδειξεν, οὐδ' ὡς * συνεπίτροποι παρέδοσαν (οὐ γὰρ ἂν αὐτοῦ κατεδιῄτησε) μαρτυρίαν δ' ἐνεβάλετο * τοιαύτην, περὶ ἧς πειράσεταί τι λέγειν. ἐὰν μὲν οὖν καὶ νῦν ἔχειν με φῇ τινος παραδόντος, ἐρωτᾶτε αὐτόν.

A tum de ære & galla redactũ Therippidæ redderetur, quod is negat: & duo talenta Demophonti. de his verò quę ſibi data ſint, ſcriptũ quidem eſſe ait, ſe verò conſenſiſſe negat, vt ne accepiſſe videatur. Quantum autem opum relictum fuerit, iſte omnino non declarat, ac ne domus quidem elocationem. Nã ne ei quidem expedit hæc quoq. confiteri. Nihilominus tamẽ amplitudo hæreditatis eſt euidens, quanquam iſti rẽ familiarem diſſimulant, ex teſtamento: quo tãtam ſibi pecuniam legatam eſſe, inuicem confirmant. Qui enim de quatuor talentis, & ter mille drachmis, triã talenta & bis mille drachmas dotem alteris dedit, alteri ſeptuaginta minarũ vſumfructum: nemini profectò obſcurum eſt, eum nõ de paruis opibus, ſed de iis quas mihi reliquit duplo maioribus, illa detraxiſſe. Nec enim vtique me filium pauperem voluit relinquere: iſtos verò qui antè diuites fuerunt, magis etiã collocupletare voluit. Sed propter opum mihi relictarum affluentiam, tum Therippidæ tantum argẽti, tum Demophonti duo talenta (quanquam is meã ſororẽ nondum ducturus eſſet) fruenda dedit, quo alterutrum conſequeretur, vt vel donationibus deliniti meliore fide tutelam gererent: vel, ſi tantis affecti beneficiis ad hunc modum nos violaſſent, à vobis ſine vlla venia punirentur. At iſte qui & ipſe ad dotem ancillas etiam accepit, & in ædibus habitat, poſt quam harum ei rerum ratio reddenda eſt, ſuum ſe negotiũ agere ait, & adeò ſordidè auarus eſt, vt etiã præceptores meos mercede fraudare nõ dubitarit: & quædam tributa, quæ ipſe nõ numerauit, mihi tamẽ expenſa ferat. Cape & hæc teſtimonia, & recita his.

TESTIMONIA.

Quonã igitur pacto manifeſtius demõſtrari queat, eum diripuiſſe oĩa, nec à paruis abſtinuiſſe, quàm re hoc modo, tot teſtibus & argumẽtis, demõſtrata? quũ & ipſe dotẽ ſe accepiſse cõfiteatur, & habere, literis tutoribus datis ſit teſtatus? & officinæ vſumfructum ceperit, nullos tamẽ reditus proferat? & è cæteris alia vendiderit precio nõ reddito, alia ad ſe recepta diſſimularit? ac mancipia vendiderit, cęteráque ad eum modum adminiſtrarit, quemadmodum nec inimiciſſimi adminiſtrarent? Ego certè haud ſcio, an hæc euidentius à nemine demonſtrari vllo modo queant. At verò apud arbitrum dicere auſus eſt, ſe de his pecuniis multum æris alieni diſsoluiſse pro me Demophonti & Therippidæ contutoribus ſuis, & illos de meo accepiſse multa, quum probare neutrum queat. Neque enim me à patre, alieno ære obſtrictum eſse relictum, in literis oſtendit: neque illos, quibus ſe diſsoluiſse ait, teſtes exhibuit: neque etiã numerum pecuniæ tantum, quantum eum accepiſse conſtat, in tutores conferre poteſt, ſed magna pecunia minorem. Interrogatus autem per arbitrum cùm de his ſingulis, tum vtrum rem ſuam familiarẽ ex vſufructu auxiſset, an verò ipſa prædia & ſortem abſũpſiſset? item, vtrum ipſe ad hunc modũ curatus à tutorib. his verbis ſibi ſatis pateretur, an verò ſortem vnà cũ vſuris efflagitaturus eſset? ad hæc nihil reſpõdit: ſed ſpondebat ſe oſtenſurũ, patrimoniũ meũ eſse decẽ talentûm: quibus ſi quid abeſset, id ſeſe expleturum. Me porrò iubẽte vt oſtẽderet: nõ oſtẽdit, * neq. ſe contutoribus tradidiſse demõſtrauit (neq. enim arbiter eum damnaſset) ſed * tale teſtimoniũ protulit, de quo dicere aliquid inſtituet. Proinde ſi nũc quoq. me patrimoniũ habere dixerit, interrogate eũ, à quo?

Refutatio tergiuerſationum Aphobi apud arbitrum, & cõmẽti de 4. talentis defoſſis.

&de ſingulis exhibere teſtes iubete. Sin id me habere dixerit hoc modo, vt cõputet ea, quæ ab vtroq. tutore debẽtur: & duplo eũ dicere pauciora cõſtabit, & eam habere nihilo magis probabit. Ego n. quẽadmodũ iſtũ tã habere multa probaui: ſic illorũ etiã vtrũq. nõ pauciora his habere oſtẽdã. Quare nõ hoc ei dicẽdũ eſt: ſed vel ſe, vel cõtutores mea mihi reſtituiſſe. ſin hoc nõ oſtẽderit: debet ne iſta ſponſio apud vos habere locũ, quũ me nihilo plus habere mea probet? Multis aũt apud arbitrũ dubitationibus cũ æſtuaret de hiſcẽ omnibus, & in ſingulis, ſicut nũc apud vos, cõuinceretur: mẽtiri cõfidẽtiſſimè auſus eſt: quatuor talenta mihi patrem defoſſa reliquiſſe, eáq. matris arbitratui permiſiſſe. Id verò dixit, vt, ſi eadẽ ſe etiã nunc dicturum expectarem: ea calũnia refutanda moram facerẽ: quum poſtulet neceſſitas, vt de aliis eũ reb. accuſem apud vos. ſin, tanquã non dicenda præterirem: nunc ea ipſe cõmemoraret: vt ego diues eſſe creditus, minus vos ad miſericordiã commouerem. Atq. is qui hoc ſibi affirmandũ eſſe duxerat, nullũ teſtimoniũ proferebat: ſed nudis ſuis fidẽ haberi poſtulabat. Quòd ſi quis eũ interroget, quem in vſum tantã meam pecuniã expenderit: æs alienum pro me ſe diſſoluiſſe ait, atq. ibi me facere pauperẽ conatur: rurſus vbi libitũ eſt, diuitem, ſi diis placet, vt cui pater tantũ pecuniæ domi reliquerit. At verò non poſſe fieri, vt iſte verè hæc dicat: immò non fieri potuiſſe, vt quicquã iſtorum fieret: multis argumentis facilè intelligitur. Nã ſi pater meus iſtis diffiſus fuiſſet: perſpicuũ eſt, eũ nec reliqua eis fuiſſe cõmiſſurum: nec, ſi ſic iſta reliquiſſet, id illis indicaturũ. Eſſet. n. ingẽtis inſaniæ, occulta indicare illis, quib. nec manifeſta crediturus eſſet. Sin illis fidẽ habebat: haud vtiq. maximã diuitiarũ partẽ illis in manus tradidiſſet: hæc verò illorũ poteſtati non cõmiſiſſet: neq. matri meæ hæc cuſtodienda dediſſet: atq. eã ipſam vni è tutorib. matrimonio copulaſſet. Nec. n. conſentaneum eſt, pecuniã per meam matrem velle conſeruatam: atq. vnum ex his, cui fidẽ non haberet, tum ipſius, tum pecunię dominum conſtituere. Deinde ſi quid horum verũ fuiſſet, nũ putatis eũ illam à patre datã non accepturũ, qui dote, octoginta minis, iã acceptis, tanquã eam ducturus, Philonidæ Melitenſis filiã duxit? quod ſi talenta quatuor intra domeſticos parietes fuiſſent, quę, vt ipſe aſſerit, hæc in poteſtate haberet: an non eũ fuiſſe accurſurũ creditis, vt illis vnà cum ipſa potiretur? qui. n. manifeſtas quoq. opes, quas veſtrûm etiã pleriq. relictas eſſe cõſcij fuerunt, cum contutorib. adeò flagitiosè diripuit: iis quæ conſcientiam ac teſtimoniũ veſtrum fugerent, cũ arripere liceret, abſtinuiſſet? Quis verò credat? Non ita eſt, Iudices, non ita eſt: ſed quicquid pecuniæ reliquit pater, id iſtis dedit vniuerſum. Iſte verò cõmentum hoc idcirco finxit, vt minus à vobis miſericordiæ conſequar. Multa equidẽ haberem alia, de quibus iſtum accuſarem: ſed vbi vnũ quiddã ſummatim de omnib. dixero: omnes eius defẽſiones euertã. Licuiſſet iſti moleſtiis & negotiis his carere omnib. ſi domum ita vti hæ leges iubent, elocaſſet. Cape leges ac recita.

LEGES.

Domus non elocata.

Harum legum autoritate Antidoro de tribus talentis, & ter mille drachmis, intra ſexennium ex elocatione ſex talenta, & plus eo ſunt tradita. Et hæc quidam veſtrûm viderunt. Nam Theogenes Probaliſius, qui domum eius conduxerat, in foro pecuniam hanc annumerauit. mihi autem de quatuordecim talentis,

καὶ καθ' ἕκαστον παρέχεσθαι μάρτυρας ἀξιοῦντε. ἐὰν δ' εἶναί μοι φῇ τοῦτον τὸν τρόπον καταλογιζόμενος τὰ παρ' ἑκατέρου τῶν ἐπιτρόπων, διπλασίοις ἐλάττω φανήσεται λέγων, ἔχοντα δ' οὐδὲν μᾶλλον ἀποφαίνων. ἐγὼ γὰρ ὥσπερ καὶ τοῦτον τοσαῦτ' ἔχοντα ἐξήλεγξα, οὕτω κἀκείνων ἑκάτερον οὐκ ἐλάττω τούτων ἔχοντα ἐπιδείξω. ὥστε οὐ τοῦτ' αὐτῷ λεκτέον. ἀλλ' ὡς ἢ αὐτός, ἢ οἱ συνεπίτροποι παρέδοσαν. εἰ δὲ μὴ τοῦτ' ἐπιδείξει, πῶς χρὴ ταύτῃ τῇ προκλήσει προσέχειν ὑμᾶς τὸν νοῦν; οὐδὲν γὰρ μᾶλλον ἔχοντά με ἐπιδείκνυσι. πολλὰ τοίνυν ἀπορηθεὶς πρὸς τῷ διαιτητῇ περὶ πάντων τούτων, καὶ καθ' ἕκαστον ἐξελεγχόμενος ὥσπερ νῦν παρ' ὑμῖν, ἐτόλμησε ψεύσασθαι πάντων δεινότατον, ὡς τέτταρά μοι τάλαντα ὁ πατὴρ κατέλιπε κατορωρυγμένα, καὶ τούτων κυρίαν τὴν μητέρα ἐποίησε. ταῦτα δ' εἶπεν, ἵν' εἰ μὲν καὶ νῦν αὐτὸν προσδοκήσαιμι ἐρεῖν, ἀπολογούμενος περὶ αὐτῶν διατρίβοιμι, δέον ἕτερα αὐτοῦ με κατηγορεῖν πρὸς ὑμᾶς. εἰ δ' ὡς μὴ ῥηθησομένων παραλείποιμι, νῦν αὐτὸς εἴποι. ἵνα δοκῶν εἶναι πλούσιος, ἧττον ὑφ' ὑμῶν ἐλεοίμην. καὶ μαρτυρίαν μὲν οὐδεμίαν ἐνεβάλλετο τούτων ὁ ταῦτ' εἰπεῖν ἀξιώσας· ψιλῷ δὲ λόγῳ χρησάμενος, ὡς πιστευθησόμενος ὑπ' ἐκείνων. καὶ ὅταν μὲν ἔρηταί τις αὐτὸν εἰς τί τὰ ἐμὰ τοσαῦτα χρήματ' ἀνήλωκε; χρέα φησὶν ὑπὲρ ἐμοῦ ἐκτετικέναι, καὶ πένητα ἐνταυθοῖ ζητεῖ ποιεῖν. ὅταν δὲ βούληται, πλούσιον, ὡς ἔοικεν, εἴπερ καὶ τοσοῦτον ἀργύριον ἐκεῖνος οἴκοι κατέλιπεν. ὡς δ' οὐκ ἀληθῆ λέγει, οἷόν τε αὐτόν, ἀλλ' ἀδύνατόν τι γενέσθαι τούτων· ἐκ πολλῶν ῥᾴδιον μαθεῖν. εἰ μὲν γὰρ ὁ πατὴρ ἠπίστει τούτοις, δῆλον ὅτι οὔτ' ἂν τἆλλα ἐπέτρεπεν, οὔτ' ἂν ταῦθ' οὕτω καταλιπὼν αὐτοῖς ἔφραζε. μανία γὰρ δεινή, τὰ κεκρυμμένα εἰπεῖν, μηδὲ τῶν φανερῶν μέλλοντα ἐπιτρόπους καταστήσειν. εἰ δ' ἐπίστευεν· οὐκ ἂν δήπου τὰ μὲν πλεῖστ' αὐτοῖς τῶν χρημάτων ἐνεχείρισε, τούτων δ' οὐκ ἂν κυρίους ἐποίησεν. οὐδ' ἂν τῇ μὲν μητρί μου ταῦτα φυλάττειν ἔδωκεν, αὐτὴν δ' ἑνὶ τῶν ἐπιτρόπων τούτων γυναῖκα ἔδωκεν, οὐ γὰρ ἔχει λόγον, σώζειν μὲν τὰ χρήματα διὰ τῆς ἐμῆς μητρὸς ζητεῖν· ἕνα δὲ τῶν ἀπιστουμένων καὶ αὐτῆς καὶ τῶν χρημάτων κύριον ποιεῖν. ἔτι δὲ τούτων εἴ τι ἦν ἀληθές, οἴεσθ' οὐκ ἂν αὐτὴν λαβεῖν, δοθεῖσαν ὑπὸ τοῦ πατρός; ὃς τὴν μὲν προῖκα αὐτῆς ἤδη, τὰς ὀγδοήκοντα μνᾶς ἔχων, ὡς συνοικήσων αὐτῇ, τὴν Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως θυγατέρα ἔγημε· τεττάρων δὲ ταλάντων ἔνδον ὄντων, καὶ ταῦτ' ἐκείνης ἐχούσης, ὡς οὗτός φησιν, οὐκ ἂν ἡγεῖσθε αὐτὸν καὶ ἐπιδραμεῖν, ὥστε γενέσθαι μετ' ἐκείνης αὐτῶν κύριον; ἢ τὴν μὲν φανερὰν οὐσίαν, ἣν καὶ ὑμῶν πολλοὶ συνῄδεσαν, ὅτι κατελείφθη, μετὰ τῶν συνεπιτρόπων οὕτως αἰσχρῶς διήρπασεν. ὧν δ' οὐκ ἐμέλλεθ' ὑμεῖς ἔσεσθαι μάρτυρες, ἀπέσχετ' ἄν, ἐξὸν αὐτῷ λαβεῖν; καὶ τίς ἂν πιστεύσειεν; οὐκ ἔστι ταῦτα, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ τὰ μὲν χρήματα ὅσα κατέλιπεν ὁ πατήρ, πάντα τούτοις παρέδωκεν. οὗτος δ' ἵνα ἧττον ἐλεηθῶ παρ' ὑμῖν, τούτοις τοῖς λόγοις χρήσεται. πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἔχω καὶ ἄλλα τούτου κατηγορεῖν. ἓν δὲ περὶ πάντων κεφάλαιον εἰπών, πάσας αὐτοῦ διαλύσω τὰς ἀπολογίας. τούτῳ γὰρ ἐξῆν μηδὲν ἔχειν τούτων τῶν πραγμάτων, μισθώσαντι τὸν οἶκον κατὰ τουτουσὶ τοὺς νόμους. λάβε τοὺς νόμους, καὶ ἀνάγνωθι.

Νόμοι.

Κατὰ τούτους τοὺς νόμους Ἀντιδώρῳ μὲν ἐκ τριῶν ταλάντων καὶ τρισχιλίων, ἐν ἓξ ἔτεσιν ἓξ τάλαντα καὶ πλεῖον ἐκ τοῦ μισθωθῆναι παρεδόθη, καὶ ταῦτα ὑμῶν τινὲς εἶδον. Θεογένης γὰρ ὁ Προβαλίσιος, ὁ μισθωσάμενος αὐτοῦ τὸν οἶκον ἐν τῇ ἀγορᾷ, ταῦτα τὰ χρήματα ἐξηρίθμησεν. ἐμοὶ δ' ἐκ τεττάρων καὶ δέκα ταλάντων

ἐν

ἕνδεκα ἔτεσι πρὸς τὸν χρόνον τε καὶ τὴν ἐκείνου μίσθωσιν, A πλέον ἢ τριπλάσια κατὰ τὸ εἰκὸς προσῆκε γενέσθαι. τοῦτο δὲ διὰ τί οὐκ ἐποίησεν, ἐρωτᾶτε αὐτόν. εἰ μὲν γὰρ φησὶ βέλτιον εἶναι μὴ μισθωθῆναι τὸν οἶκον· δειξάτω μὴ διπλάσια μηδὲ τριπλάσιά μοι γεγενημένα, ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἀρχαῖά μοι πάντα ἀποδεδομένα. εἰ δ' ἐκ τετταρῶν καὶ δέκα ταλάντων ἐμοὶ μὲν μηδ' ἑβδομήκοντα μνᾶς παραδεδώκασιν, ὁ δὲ καὶ προσοφείλοντά με αὐτῷ ἀπογέγραφε· πῶς ἀποδέξασθαί τι προσήκει τούτων λεγόντων; οὐδαμῶς δήπουθεν. τοσαύτης τοίνυν οὐσίας μοι καταλειφθείσης, ὅσην ἐξ ἀρχῆς ἠκούσατε, καὶ τοῦ τρίτου μέρους πρόσοδον* αὐτῇ φερούσης πεντήκοντα μνᾶς, ἐξὸν τούτοις τοῖς ἀπληστοτάτοις οὖσι χρημάτων, καὶ εἰ μὴ μισθοῦν τὸν οἶκον ἐβούλοντο, ἀπὸ μὲν τούτων τῶν προσιόντων, ἐῶντας ὥσπερ εἶχε κατὰ χώραν, ἡμᾶς τε τρέφειν, καὶ τὰ πρὸς τὴν πόλιν διοικεῖν, καὶ ὅσα ἐξ αὐτῶν περιεγίγνετο, ταῦτα προσποιεῖν, τὴν δ' ἄλλην οὐσίαν ἐνεργὸν ποιήσασιν οὖσαν ταύ- B της διπλασίαν, αὐτούς τε, εἰ χρημάτων ἐπεθύμουν, μέτρια ἐξ αὐτῶν λαβεῖν, ἐμοί τε σὺν τοῖς ἀρχαίοις ἐκ τῶν προσόδων τὸν οἶκον μείζω ποιῆσαι· τούτων μὲν οὐδὲν ἐποίησαν· ἀποδόμενοι δὲ ἀλλήλοις τὰ πλείστου ἄξια τῶν ἀνδραπόδων, τὰ δὲ παντάπασιν ἀφανίσαντες, ἐμοῦ μὲν ἀνεῖλον καὶ τὴν ὑπάρχουσαν πρόσοδον, σφίσι δ' αὐτοῖς οὐ μικρὰν ἐκ τῶν ἐμῶν κατεσκευάσαντο. λαβόντες δὲ καὶ τἆλλα αἰσχρῶς οὕτω πάντα, πλέον ἢ τὰ ἡμίσεα τῶν χρημάτων, μηδὲ καταλειφθῆναι κοινῇ πάντες ἀμφισβητοῦσιν· ὡς πέντε ταλάντων δὲ μόνον τῆς οὐσίας οὔσης, ἐκ τοσαύτης τοὺς λόγους ἀπενηνόχασι. πρόσοδον μὲν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἀποφαίνοντες, τὰ δὲ κεφάλαια φανερὰ ἀποδεικνύντες. ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἀρχαῖα οὕτως ἀναιδῶς ἀνηλῶσθαι φάσκοντες, καὶ οὐδὲ αἰσχύνονται ταῦτα τολμῶντες. καίτοι τί ποτ' ἂν ἔπαθον ὑπ' αὐτῶν, εἰ πλείω χρόνον ἐπετροπεύθην, οὐκ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν· ὅπου γὰρ δέκα ἐτῶν διαγενομένων παρὰ μὲν τῶν οὕτω μικρὰ κεκόμισμαι, τῷ δὲ καὶ C προσοφείλων ἐγγέγραμμαι· πῶς οὐκ ἄξιον ἀγανακτεῖν; δῆλον δὲ παντάπασιν εἰ κατελείφθην μὲν ἐνιαύσιος· ἓξ ἔτη δὲ προσεπετροπεύθην ὑπ' αὐτῶν. οὐδ' ἂν τὰ μικρὰ ταῦτα παρ' αὐτῶν ἀπέλαβον. εἰ γὰρ ἐκεῖνα ἀνήλωται ὀρθῶς· οὐδὲν ἂν τῶν νῦν παραδοθέντων ἐξήρκεσεν εἰς ἕκτον ἔτος· ἀλλ' ἢ παρ' αὐτῶν ἄν με ἔτρεφον, ἢ τῷ λιμῷ περιεῖδον ἀπολλύμενον. καίτοι πῶς οὐ δεινόν, εἰ ἕτεροι μὲν οἶκοι ταλαντιαῖοι καὶ διτάλαντοι καταλειφθέντες ἐκ τοῦ μισθωθῆναι διπλάσιοι καὶ τριπλάσιοι γεγόνασιν, ὥστε ἀξιοῦσθαι λειτουργεῖν· ὁ δ' ἐμὸς τριηραρχεῖν εἰθισμένος, καὶ μεγάλας εἰσφορὰς εἰσφέρειν, μηδὲ μικρὰς δυνήσεται διὰ τὰς τούτων ἀναισχυντίας; τίνας δ' οὗτοι λελοίπασιν ὑπερβολὰς εἰπεῖν; οἳ καὶ τὴν διαθήκην ἠφανίκασιν ὡς λήσοντες, καὶ τὰς μὲν σφετέρας αὐτῶν οὐσίας ἐκ τῶν ἐπικαρπιῶν διῳκήκασι, καὶ τἀρχαῖα τῶν ὑπαρχόντων ἐκ τῶν ἐμῶν πολλῷ μείζω πεποιήκασι. τῆς δ' ἐμῆς οὐσίας ὥσπερ τὰ μέγιστα ὑφ' ἡμῶν ἀδικηθέντες, ὅλον τὸ κεφάλαιον ἀνῃρήκασι. καὶ ὑμεῖς μὲν οὐδὲ τῶν εἰς ὑμᾶς ἁμαρτανόντων ὅταν τινὸς καταψηφίσησθε, οὐ πάντα τὰ ὄντα ἀφείλεσθε· ἀλλ' ἢ γυναῖκας, ἢ παιδία αὐτῶν ἐλεήσαντες, μέρος τι κἀκείνοις ὑπελείπετε· οὗτοι δὲ τοσοῦτον διαφέρουσιν ὑμῶν, ὥστε καὶ δωρεὰς παρ' ἡμῶν προσλαβόντες, ἵνα δικαίως ἐπιτροπεύσωσι, τοιαῦτα εἰς ἡμᾶς ὑβρίκασι, καὶ οὐδὲ ᾐσχύνθησαν* εἰ μὴ ᾐδέσαν· οὐδ' ἠλέησαν τὴν ἐμὴν ἀδελφήν, εἰ δυοῖν ταλάντοιν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀξιωθεῖσα, μηδενὸς τεύξεται τῶν προσηκόντων. ἀλλ' ὥσπερ ἐχθροί τινες. ἀλλ' οὐ φίλοι καὶ συγγενεῖς καταλειφθέντες, οὐδὲν τῆς οἰκειότητος ἐφρόντισαν. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ὁ πάντων ταλαιπωρότατος πρὸς ἀμφότερα ἀπορῶ. προσεπίκειται δ' ἡ πόλις ἀξιοῦσα

A annis vndecim, ſi & temporis & elocationis illius ratio habeatur, triplo plus emolumẽti nomine, debuiſſet accedere. Hoc verò cur non fecerit, ipſum interrogate. Nam ſi dicet præſtitiſſe domum non elocari: oſtendat, non duplicatum aut triplicatum eſse meum patrimonium: ſed ipſam duntaxat ſortem integram mihi eſſe reſtitutam. ſin de talentis quatuordecim, mihi nec ſeptuaginta minas reddiderunt, & ipſe me inſuper ſibi debere in tabulas retulit: eſt-ne accipienda vlla iſtorum excuſatio? minimè gentium. Itaque quum mihi tantum patrimonium relictum fuerit, quantum principiò audiuiſtis: & quum eius tertia pars, quinquaginta minas reditum ferat: quamuis liceret iſtis, quorum cupiditas infinita eſt atque inſatiabilis, ſi elocare domum voluiſſent, ex iſtis reditib. (nulla re mota, aut mutata) tum nos alere, tum publica obire munera, & quæ ex eis accederent, ea ſaltem ad cumulum adiicere: opes autem reliquas, quæ his duplo ſunt maiores, ita diſtribuere, ne eſsent ignauę, B ſed quæſtuoſæ: vt & ipſi (ſiquidẽ cupiditate pecuniæ vrgebantur) mediocria inde accepiſſent, mihiq́ cum ſorte ex reditibus rem familiaré auxiſſent: horum nihil fecerunt, ſed optimis mancipiis inter ſe diuenditis, reliquis è medio ſublatis, meos etiam veteres reditus deſtruxerunt, ſibimetipſis non mediocres de meo compararunt. Iam cùm cætera etiam omnia turpiter adeò ceperint communiter ambigunt, plus dimidia pecuniæ parte mihi ne relictum quidem eſse: ſed tanquam quinque talentum duntaxat ſint opes, ſic rationes de iis retulerunt. Ita reditus ex eis nullos oſtendunt, neque ſortem manifeſtè demonſtrant: ſed ipſa prædia tam impudenter abſumpta eſſe dictitant. Neque huius eos audaciæ pudet. Enimuero, quid mihi accidiſset, ſi ſub eorum tutela fuiſſem diutius, id ne dicere quidem poterunt. Nam quum decem annis præteritis, ab aliis tam pauca receperim, iſti etiam debere ſim inſcriptus: an non indignari debeo? Omnino clarum eſt, me ſi anniculus relictus, ſub iſtorum tutela ſexennium adhuc fuiſsem, nec iſta exigua ab eis fuiſse recepturum. Nam ſi ſuperiora rectè cõſum- C pta ſunt: nihil ex his quæ recepi, ſextum in annum ſuffeciſset: ſed me vel aluiſsent de ſuo, vel fame perire paſſi eſsent. An verò grauiter ferendum non eſt, aliorum familias, vel vnius, vel binum talentum relictas, elocatione duplicatas eſse, & triplicatas, vt iam munera publica ſint obeunda: meam verò, triremes inſtituere & magna tributa pendere ſolitam, iã propter iſtorum impudẽtiã nec minima poſse ſuſtinere? Quod tãdem ſcelus dici poteſt quo intẽtatũ iſti reliquerunt? qui ſe teſtamẽtũ clã abolituros ſperarint, & ſuã rem familiarem vſufructu noſtræ ſtabilierint, & ſua de meo patrimonia collocupletarint: meæ aũt familię, tãquã ſũmis à nobis affecti iniuriis, ſortẽ totam ſuſtulerint? Vos quidẽ ſi quẽ in vos delinquẽtẽ cõdẽnatis, ne ei quidẽ oẽs opes adimitis: ſed vel vxoris, vel liberûm miſerti partẽ aliquã illis relinquitis. iſti verò tãtò ſũt vobis crudeliores, vt etiã donis à nobis acceptis, quò tutelã bona fide gererẽt, tãtis nos cõtumeliis affecerint:* nec erubuerint, nec timuerint quicquã, nec miſerti ſint ſororis meę, ſi duobus ei talentis à meo patre legatis, nullã ſe dignã cõditionẽ cõſequeretur: ſed tãquã inimiciſſimi aliquẽ nõ amici & cognati relicti eſsent, nullius neceſſitudinis habuerint rationem. Sed ego miſerrimus omnium vtraque de re ſum dubius. Nam & publicè vrgeor, vt tributum

Amplificatio & cõmiſeratio.

conferam(idq. iurè. pater enim opes eam ad rem ſatis mihi magnas reliquit, pecuniam autem relictam iſti omnem acceperunt) & nunc, dum mea recuperare ſtudeo, in ſummum diſcrimen adducor. Nā ſi iſte abſolutus fuerit (quod abſit) centum minas mulctæ nomine debebo. Sin iſtum damnaueritis, lite æſtimata: non de ſua, ſed de mea pecunia litis æſtimationē ſoluet. mea verò dignitas agitur in hoc iudicio. Proinde non tantum patrimonio ſpoliabor, ſed etiam honoribus, niſi vos mei nunc miſertum fuerit. Quare oro vos, iudices, & ſupplico & obteſtor, vt legum & iuriſiurandi memores, quo adacti ius dicitis, ad noſtrum ius conſequendum nos adiuuetis: néve plus iſtius quàm noſtras apud vos preces valere patiamini. Æquum autem eſt, non ſceleratorum hominum: ſed contra omne ius humanitatis afflictorum vos miſereri: nec eorum, qui tam crudeliter aliena per fraudē detinent: ſed noſtri, qui longo iam tempore noſtro patrimonio caremus, prætereaq. ab iſtis affecti contumeliis, nunc de dignitate ac fama dimicamus. Alta vtiq. pater ēs noſter ſuſpiria duceret, ſi intelligeret, me, ſuum filium, in diſcrimen adductum eius mulctæ ſoluendæ, quæ propter dotes & donationes à ſe iſtis datas, exigeretur: & cum iam alij ciues non cognatorū modò, ſed etiam amicorum inopum filias de ſuo elocarint: Aphobum nec quam accepit dotem, velle reſtituere, idque anno decimo.

A εἰσφέρειν, δικαίως. οὐσίαν γὰρ ἱκανὴν πρὸς ταῦτα κατέλιπέ μοι ὁ πατήρ· τὰ δὲ χρήματα τὰ καταλειφθέντα οὗτοι πάντα εἰλήφασι. καὶ νῦν κομίσασθαι τὰ ἐμαυτοῦ ζητῶν, εἰς κίνδυνον καθέστηκα τὸν μέγιστον. ἐὰν γὰρ ἀποφύγῃ οὗτος (ὃ μὴ γένοιτο) τὴν ἐπωβελίαν ὀφλήσω μνᾶς ἑκατόν. καὶ τούτῳ μὲν ἐὰν καταψηφίσησθε * τιμητὸν, οὐκ ἐκ τῶν ἑαυτοῦ χρημάτων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐμῶν ποιήσεται τὴν ἔκτισιν. ἐμοὶ δὲ ἀτίμητον τοῦτ' ἐστίν. ὥστ' οὐ μόνον ἔσομαι τῶν πατρῴων ἐστερημένος, ἀλλὰ καὶ προσητιμωμένος, ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς με βοηθήσετε. δέομαι οὖν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ, μνησθέντας καὶ τῶν νόμων, καὶ τῶν ὅρκων, οὓς ὀμόσαντες δικάζετε, βοηθῆσαι ἡμῖν τὰ δίκαια, καὶ μὴ περὶ πλείονος τὰς τούτου δεήσεις ἢ τὰς ἡμετέρας ποιήσασθαι. δίκαιοι δ' ἐστ' ἐλεεῖν οὐ τοὺς ἀδίκους τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τοὺς παραλόγως δυστυχοῦντας· οὐδὲ τοὺς ὠμῶς οὕτως τἀλλότρια ἀποστεροῦντας, ἀλλ' ἡμᾶς τοὺς πολὺν χρόνον ὧν ὁ πατὴρ ἡμῖν κατέλιπε, στερομένους, καὶ πρὸς, ὑπὸ τούτων ὑβριζομένους, καὶ νῦν περὶ ἀτιμίας κινδυνεύοντας. μέγα δ' ἂν οἶμαι στενάξαι τὸν πατέρα ὑμῶν, εἰ αἴσθοιτο τῶν προικῶν καὶ τῶν δωρεῶν, ὧν αὐτὸς τούτοις ἔδωκεν, ὑπὲρ τούτων τῆς ἐπωβελίας τὸν αὑτοῦ υἱὸν ἐμὲ κινδυνεύοντα. καὶ ἄλλους μέν τινας ἤδη τῶν πολιτῶν, οὐ μόνον συγγενῶν, ἀλλὰ καὶ φίλων ἀνδρῶν ἀπορούντων θυγατέρας παρὰ σφῶν αὐτῶν ἐκδόντας. Ἄφοβον δὲ μηδ' ἣν ἔλαβε προῖκα ἐθέλοντα ἀποδοῦναι, καὶ ταῦτα ἔτει δεκάτῳ.

B

ARGVMENTVM.

HÆc oratio ſecundo loco eſt habita: & quorundam, quæ prius etiam dicta ſunt, repetitionem continet.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

ΟΥτος ὁ λόγος ἐπηγώνισται. ἔχει δὲ καὶ τῶν προειρημένων ἐπανάμνησιν.

# DEMOSTHENIS IN APHOBVM ORATIO SECVNDA,

Hieronymo Vvolfio interprete.

Querela de aduerſarii improbitate, & refutato Gylonis debiti.

CVm Aphobus apud vos & multa & magna mēdacia dixerit: primùm id refellere conabor, quod inter eius dicta moleſtiſſimè tuli. Dixit enim, auum meū fuiſſe ærarium, proptereaq. noluiſſe patrem ſuam domum mercede locari, vt ne in periculū deueniret. Ac prætextu quidem hoc vtitur: ſed eum ærarium obiiſſe, nullo prorſus teſtimonio probauit: eáq. de re dicere diſtulit, extremū iudicij diem aucupatus: atq. ipſū teſtimonium ad poſteriorem orationē reſeruauit: fore ſperans, vt per eam rem calumniandi ſibi daretur ocaſio. Quòd ſi teſtimonium illud legerit: diligenter animaduertite. Inuenietis enim dictū eſſe à teſtibus: eū non eſſe, ſed fuiſſe ærariū. Illud igitur, quo aduerſarius pręcipuè nititur, in primis refutare conabor, idq. de quo inter nos omnis eſt cōtrouerſia. Quod ſi tū licuiſset, neq. tēporis anguſtiis per inſidias ea re excluſi eſsemus: teſtib. planū feciſsemus, pecuniā ſolutā, & reipub. per eū ab omni parte ſatis eſſe factum. Nūc magnis argumētis oſtēdemus, eū neque debuiſſe quicquā, nec vllū periculū fuiſſe nobis, ſi patrimonio palā frueremur. Primùm Demochares quā materterā meā, Gylonis filiā in matrimōio habet, ſuas opes nō occultat, ſed & ędilitate fūgitur, & triremes ad bellū inſtruit, & reliqua munia publica obit, neq. harū rerū quicquā pertimeſcit. Deinde ipſe pater tū reliquas opes, tū quatuor talēta cū trib. millib. drachmarū palàm habuit, quę iſti & in teſtamēto fuiſse p̄ſcripta, & ſe accepiſſe, mutuis ipſi & teſtimoniis ſeſe

C

# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΑΦΟΒΟΥ ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ΠΟΛΛΑ καὶ μεγάλα ψευσαμένου πρὸς ὑμᾶς Ἀφόβου, τοῦτ' αὐτὸν ἐλέγξαι πειράσομαι πρῶτον, ἐφ' ᾧ μάλιστα ἠγανάκτησα τῶν ῥηθέντων. εἶπε γὰρ, ὡς ὁ πάππος ὤφειλε τῷ δημοσίῳ, καὶ διὰ ταῦθ' ὁ πατὴρ οὐκ ἐβούλετο μισθῶσαι τὸν οἶκον, ἵνα μὴ κινδυνεύσῃ. καὶ τὴν μὲν πρόφασιν ποιεῖται ταύτην, ὡς δ' ὀφείλων ἐτελεύτησεν ἐκεῖνος, οὐδεμίαν παρέσχετο μαρτυρίαν. ἀλλ' ὡς μὲν ὦφλεν, ἀνεβάλετο, τηρήσας τὴν τελευταίαν ἡμέραν. ταύτην δὲ εἰς τὸν ὕστερον λόγον ὑπελείπετο, ὡς διαβαλεῖν τὸ πρᾶγμα ἐξ αὐτῆς δυνησόμενος. ἐὰν ἀναγνῷ προσέχετ' αὐτῇ τὸν νοῦν. εὑρήσετε γὰρ, οὐχ ὡς ὀφείλει μεμαρτυρημένην, ἀλλ' ὡς ὦφλε. τοῦτ' οὖν ἐλέγξαι πειράσομαι πρῶτον, ἐφ' ᾧ φρονεῖ μάλιστα ὃ καὶ ἡμεῖς ἀμφισβητοῦμεν. εἰ μὲν οὖν τότ' ἐξεγένετο, καὶ μὴ τῷ χρόνῳ τοῦτ' ἐνηδρεύθημεν· παρεχόμεθ' ἂν μάρτυρας ὡς ἐξέτισε τὰ χρήματα, καὶ πάντ' αὐτῷ διελύετο τὰ πρὸς τὴν πόλιν· νῦν δὲ τεκμηρίοις μεγάλοις ἐπιδείξομεν, ὡς οὔτε ὤφειλεν, οὔτε ἦν κίνδυνος ἡμῖν οὐδεὶς, φανερὰ κεκτημένοις τὰ ὄντα. πρῶτον μὲν γὰρ Δημοχάρης ἔχων ἀδελφὴν τῆς ἐμῆς μητρὸς, θυγατέρα δὲ Γύλωνος, οὐκ ἀποκέκρυπται τὴν οὐσίαν. ἀλλὰ χορηγεῖ καὶ τριηραρχεῖ, καὶ τὰς ἄλλας λειτουργίας λειτουργεῖ, καὶ οὐδὲν τῶν τοιούτων δέδοικεν. ἔπειτα αὐτὸς ὁ πατὴρ τήν τε ἄλλην οὐσίαν, καὶ τέτταρα τάλαντα, καὶ τρισχιλίας φανερὰς ἐποίησεν. ἃς οὗτοι γραφῆναι ἐν ταῖς διαθήκαις καὶ λαβεῖν σφᾶς αὐτοὺς κατ' ἀλλήλων καταμαρτυροῦσιν.

ἔπ